

sunt appensa, Datum rugbyærghumh, anno domini, M^oCC^oLXXXmo, secundo, VIII kal. julii.

Sigillen N:o 1, 2, 6, 8 bortfallne; N:o 3, 4, 5 Biskopl., och 7, 9 Adelige; alla skadade.

Remsan till Sigillet N:o 1 under detta bref är sammansatt af 2:ne stycken, skurde af ett ungefär santidigt bref, som innehållit föreskrifter om Rådsherreval, att dömma af befintliga orden. consilia dederint ratum & firmum in prosecutione teneatur, & si forsan aliquis episcoporum vel cancellarius de medio vocatus fuerit loco sui, consiliarium, sui officii habere volumus successorem. S missis consiliariis subtractus fuerit, loco sui in quem omnes consilarii tunc residui

749.

1282 d. 25 Jun.

Kon. MAGNUS I:s och dess Broder BENGTS bifall till Fru CHRISTINAS gåfva af Normalösa till Linköpings Biskopsbord.

A. 3. o. 1: 12.

Omnibus presentes litteras visuris uel auditoris. M. Dei gracia Sweorum Gothorumque Rex. & B. frater suus Salutem in Domino. Constare volumus vniuersis. Quod cum nostra intersit piis operibus ad honorem dei excogitatis, gratum & fauorabilem adhibere consensum. et dilecta soror nostra Domina cristina curiam suam Normæløso cum omnibus bonis mobilibus & immobilibus ad eam pertinentibus, liberaliter & absolute, ob remedium anime sue, et aliorum omnium quos beneficiorum suorum desiderat participes fieri, ex consensu & consilio nostro contulerit sedi lincopensis Ecclesie, ab eo qui eidem sedi prefuerit, post obitum suum pepetuo possidendam. Nos collacionem eandem habentes ratam & gratam, ipsam cum sigillorum nostrorum appensione vna cum sigillis venerabilis patris Domini. H. Lincopensis episcopi, & prefate sororis nostre Domine. C. & mariti sui Domini S. ac filiarum suarum Dominarum. M. & E. auctoritate presencium confirmamus. Si quis autem predictae donacioni contraire presumpserit, non solum dei offensam, verum eciam indignacionem Regiam se Nouerit jncursurum. Datum & Actum Anno Domini. M^o.CC^o. Octoagesimo secundo. septimo Kalendas Julij.

Sigillen: N:o 1 Konungens; N:o 2, 3, 6 andelige; N:o 4 Bisk. HENRICKS; N:o 5, MARGARETAS; alla skadade.

750.

1282 d. 13 Juli.

SIGGES af Linnom tillägg till sitt Testamente, hvarigenom Hukstad lemnas till Linköpings Biskopsbord.

A. 3. o. 1: 13.

Uniuersis ad quos littere presentes peruenerint. S. de lyunom salutem in domino sempiternam. Notum facio per presentes quod ego mortalita-

tis & fragilitatis mee condicionem reducens ad memoriam, cum nichilominus horam ultime resolutionis ignorem, incertitudinem istam caute & circumspecte preuenire desiderans ex dei gracia sanus corpore & compos mentis mee ob remedium anime mee saluo priori testamento alias a me facto, de bonis meis in presenciarum testamentaliter ordino in hunc modum, Si ex dispositione dei caruero liberis Curiam meam in hukstadum cum omnibus bonis mobilibus & immobilibus ad eam pertinentibus liberaliter & absolute confero sedi lyncopensis ecclesie, ab eo qui eidem sedi prefuerit, post obitum meum perpetuo possidendam. & ad iddem altare assigno ad quod dilecte uxoris mee donacio ordinatur. Vt igitur supradicta mea collacio perpetuam optineat firmitatem sigillis Domini mei. M. regis Illustris nostri & domini mei. H. lyncopensis Episcopi vna cum meo ac prefate uxoris mee dilecte instanter peto presentes litteras confirmari. Datum & actum Anno domini Millesimo CC° LXXX° secundo III° ydus Julij.

Sigillen: N:o 1 Kongl. bortfallet; N:o 2 Bisk. HENRICKS och N:o 3, 4 Adelige bibehållna.

751.

1282 d. 14 Jul.

Sigtuna.

Kon. MAGNUS Is Gåfvobref på en tomt i Sigtuna till Predikare-Bröderna derstädes.

A. 3. c. 1. 7.

MAGNUS miseracione diuina, Sweorum gotorumque rex, Omnibus presens scriptum cernentibus, Salutem in domino sempiternam, Cupientes dilectos nobis in deo fratres predicatores siktonie fauoribus, graciis, & muneribus specialiter promouere, quatinus temporalibus subsidiis adiuti, quanto liberius celestibus intendunt, tanto magis ipsorum suffragiis, possimus adiuuari, propter quod donamus eis fundum Siktonie ad nos spectantem, quem quondam possedit dominus philippus pætharsson, in quo habitauit aliquando arno normannus, & hierlota vxor sua, concedentes eis actoritate presencium licenciam faciendi & ordinandi de dicto fundo prout uiderint de hoc sue commoditati utilius expedire. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo duximus roborandum. Datum Siktonie anno domini. M°. CC°. LXXXII°. pridie Idus Julij.

Sigillet bortfallet.